

**Honori Supremo ... Iuvenem Dn. Ernestum Cothmannum, L.L. Studioss. In Illustri Academia Giessensi placide defunctum, & solenni Pompa die XXII. Martii Anno cl<sup>rc</sup> LIX. terrae mandandum. In Illustri ad Varnum Academia prosequuntur**

Rostochi[i]: Richelius, 1658

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770476473>

Druck    Freier  Zugang



HONORE SUPREMO  
Eximium & Præcellentem Juvenem  
**DN. ERNESTUM  
COTHMANNUM,**

LL. Studios.

In Illustri Academia Giessensi  
placidè defunctum, & solenni Pompa  
die XXII. Martii Anno cœl 1559. terra  
mandandum.

In Illustri ad Varnum Academia  
prosequuntur

STUDIOSI BRUNSVICENSES  
& LUNÆBURGENSES.



ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr.



**N**iger rudentes Eurus insano mari  
Ulfregit, & nunc sacra jacta est an-  
chora,

**O** quantus ibi tūm sudor instat navi-  
tis,

Perq; ima currit ossa frigidus tremor!

**Q**uid nunc putemus? dum (sed eheu!)  
occidit

**COTTMANNUS** inclutum juventutis  
jubar,

Magni Parenxis alterum solatium,

Longæq; noctis reprehensus impetu

Jam destitutam affine fratre filio

Domum relinquit morte præmaturri-  
mâ.

Insolens

Quid

Quid hoc putandum est? dira morbil-  
kum manus  
Desiderantis spes avaras patriæ  
Resecat in herba tanta semina oppri-  
mens,  
O dura fata, nec satis clementia,  
O atque sortes asperas mortalium!  
Quid? nonne passim tot virorum mil-  
lia  
Cadunt vel ense, vel sonore pulvere?  
Aut fortè nondum sat (sed horreo elo-  
qui)  
Fusum arbitremur eruditii sanguinis?  
Verum querelis hisce quicq; tandem  
modus,  
Camœna demens? Mitte planctus,  
quid refert  
Ciere luctus? conticesce: quem doles,

Cœli

Cœli qviescit iste nunc in gaudiis.  
Non, si Juvencis illigata millibus  
Aratra niterentur illius, tamen  
Istis supernum gaudium mutaverit.



ad 49  
Memoria

**S**iccine turbatur naturæ cursus & ordo  
O spes fallaces ! Scriptio tristis ad  
Nuncia fama refert : Moritur peregrinus.  
Hassiacis, iterum filius ante patrem  
Octavus cursum properè jam ceperat annos  
Ast omnes nondum præteriere dicunt  
Cum primogenitum nimia inclemensiam  
In medio cursu hic abstulit ante diem  
Nostra Rhodante suo dum charo civi, caro  
Se vidit, luctus publica signa dedit  
Quis non hasce vices tristes, Vir Magne,  
Quas iterum imposuit nunc tibi deus  
Quod nos post redditum læti speravimus oportet  
Recidit ad nihilum, sic pia fatigata voluntas  
Ludit in humanis Domini suprema voluntate  
Illiustri haut nostra est prævalet illa  
Prævaleat merito, verboq; resistere eidem  
Non decet, hautve pium est, nam bene  
Bella cruenta, nefas, incendia, furtæ, rapinae  
Grassantur passim, nec pia, justa vanitas  
Immundo mundo quis non excedere vellit  
Si visum fuerit, complacitumq; DEI  
Colligit ille suos, quibus hujus temporis auctor  
Et facti vultus verba nocere queant.  
Summa DEI bonitas! onus hoc immisit &  
Ferre juvabit idem, ne opprimere  
Hunc haustum calicis, tibi quem nunc posse  
Edulcare sciet, pro bonitate sua;  
Sis mihi, sis patriæq; superistes Nestoris anno  
Incolumisq; bonis omnibus, atq; tibi  
Quibus pl. venerando Dn. saceroto, debet  
condolentiam declarare.

**Albertus Willebrand**

